te passuro obuiā currens.
palmarū et huius arboris
ramos abcidens ac uesti
gijs eius substernens. iā
quasi triūphatorem de
mortis principe ostende
bat. Te dne supplicater dep
camur. ut qui annua de
uotōe eiusdē redemptoris
nri sacratissimā passionē
pueniire nitimur. ipo ad
uiuante palmā uictorie

tenentes. atq oleo mīe i
trinsecus refulgentes. in
eius scā resurrectōe premi
um uite et immortalitatis
coronā pcipe mereamur.

O P eūdē. x. Oratio.
Omps sempiterne redep
tor. qui de celis ad terrā
descendere et ad passionē
uoluntarie uenire digna
tus es. ut humanū genus
tuo pcioso sanguīe libe
rares. adesto ecclie tue uo
tis et supplicatōibus nris.
Tu enī dne mansuetus
mansueti azelli terga i
sidens ad passionē redep
tōis nre spontaneus ad
uenisti. cumq tibi ramis
arboreis occurrentibus dis
cipulorū turbis certatim
sterneretur uia. et triūm
phatricibus palmis cū uo
ce laudis occurrerent plu
rimorū caterue resultātes
piter et dicentes. osanna
filio dauid benedictus q
uenit in noīe dni. tibi
in monte oliueti uia cō
strata est. Tu quondam
noe in archa sup undas
diluuij gubernasti. et co

lumbe mīsterio p oliue ra
mū pacem terris redditā
nunciari uoluisti. Sed
et iacob pr̄iarcha in mis
teriū glē tue erigens lapi
dem ex huius arboris ra
mis oleū benedcōis in ca
cumen tituli infudit. Vn
de unxisti reges et ꝓphetas
tuos. Tu enī es xp̄s filius
dei. tibi competit fructus
unctionis et pacis. in cu
ius ineffabilē laudē psal
mista cecinit dicens. Vnx
it te deus deus tuus oleo
exultatōis pre ꝑticipibꝫ
tuis. Quapropter te do
mine supplices depcam̄.
ut bene ✠ dicas hos ra
mos palmarꝝ siue oliua
rū ceterarꝝq arborꝝ. quos
tui famuli in suis susci
pientes manibꝫ in occur
sū tui ꝓperare teqꝫ bene
dicere et glificare desiderāt.
Ecce ihrlm sedens super
azinā rex mansuetus ad
uenisti. Aduenī ergo ro
gamus et nobis. et ī me
dio nr̄i consiste. ut te ad
uenire in nr̄is cordibꝫ sē
ciamus. Et qui nos tūc

repasti p crucem. iterꝝ lap
sos repa p eandē bt̄ificam
passionem oris nr̄i confes
sionem ac ieiunij humilia
tionem libens suscipe. et
fructū nos uiriditatis ha
bere concede. quatinus tu
is ymbribꝫ irrigati. mere
amur tibi suauiū fruc
tuū ubertate placere. Et
sicut illi tibi processerūt
obuiam cū arboreis fron
dibꝫ egressi. ita nos te red
unte in scdo aduentu cū
palmis uictorie leti mere
amur occurrere saluato
ri mundi. Qui cū deo pr̄e
in unitate sp̄s sc̄i uiuis et
regnas deus. Prefatio.

Per omnia secula sc̄lor.
Dominus uobiscū. Sur
sum corda. Gracias agam
domino deo nostro. Ver
dignū et iustum est equū et sa
lutare. Te dn̄e inter cetera mi

rabilium tuoꝝ precepta lauda
re et benedicere. qui lameth semē
iustum dedisti noe. cui reuelasti ꝑ
spm̄ aquas diluuij futuras cog
noscere. Cuius archam ad nostrā
salutem testatur mater ecclesia.
de qua emissa columba uolans
specialis oliue fructuosū surculū
retulit. quā ad se reuertentē noe
gaudens suscepit. De cuius ramu
unctione iacob electus tytulū erex
it domino uotū uouit et oleū desup
fudit. Hec est inditio ramu illius
manantis de celis grē seu et ꝓpli
uasa replentis. hec est grā que et
iuduam benedixit in oleo. Hec est

inditio rami illius plantati se
cus decursus aquaꝝ cuius foliū
non defluet. per qd̄ cotidie ꝑ laua
chrū baptismatis ecclesia ꝓcrea
tur et nostra delentur peccata. Hec
est tua dn̄e plantatio bona ual
de. et tu es resurrectio et uita mor
tuoꝝ. qui quatriduanū lazaꝝ re
suscitasti a mortuis. Pterea et
turba cū ramis palmaꝝ obui
ans tibi clamabat. Osanna be
nedictus qui uenit in noīe dn̄i
rex isrl̄. Quapropter quesum⁹
clementiā tuam dn̄e ut nos fa
mulos tuos qui huius rei gra
tiam et fidem ueritatis ꝓcepim⁹

eruas de ore inferni. et adiutori
um gr̄e tue nobis tribuere digi
neris. ut iuste et pie sc̄eq; uiuen
tes cū electis et sc̄is tuis facias
habere consortiū. Qui cū pr̄e et
spū sc̄o uiuis et regnas deus p
omnia secula seculor̄. Amen.

Deus qui filiū Oratio.
tuū ih̄m xp̄m dn̄m
nr̄m pro salute nr̄a ī hūc
mundū misisti. ut se hu
miliaret ad nos et nos re
uocaret ad te. cui etiā cū
ihr̄lm ueniret ut adīple
ret scripturas credentiū
ppl'or̄ turba fidelissima
deuotione uestimenta su
a cū ramis palmar̄ ī ui
a sternebant. pr̄a q̄s. ut
illi fidei uiā preparemus.
de qua remoto lapide offē
sionis et petra scandali
frondeant apd̄ te opera
nr̄a iusticie ramis. ut ei'
uestigia sequi mereamur. P.

eundē x. ¶ Hic aspgant̄ rami
aqua bn̄dcā. Oratio.
Omp̄s genitor qui u
nigenitū tuū ab ihericō
monteq; oliueti ad ihr̄lm
direxisti. cui turba mira
biliter occurrit alij uesti
menta sua sternentes. a
lij ramos de arboribus ced
tes oliuar̄. alij palmas
in manibus suis deferentes
te obnixis p̄cibus humiliter
p̄camur. ut hec germina
arbor̄ ita sc̄ifi ✠ care dig
neris. ut hec loca ubi de
portā fuerint sc̄ificata et
ficiantur. quo oīs iniq
tas seu illusio demonū
abcedat. et tua nos dexte
ra semp protegere digne
tur. P eundē. ¶ Hic rami
distribuantur et cantent̄ an
seq̄tes. Pueri hebreor̄ tolle
tes ramos oliuar̄ obuiauer
dn̄o clamantes et dicentes o
na in excelsis. Pueri hebr
or̄ uestimenta prosternebant
in uia et clamabant dicentes
osanna filio dauid bn̄dc̄s qui
uenit in noīe dn̄i. Ore. Col.
Omp̄s sempiterne d
qui dn̄m nr̄m ih̄m

xpm̃ die azimoy sup pul
lum asine sedẽ fecisti. et tur
bas ploy uestimenta ul
tamos arboy in uia ster
nere et osanna demantare
in laudẽ ipius docuisti. da
qs. ut ulloy ĩnocuitã imu
tari possimus. et coy me
ritũ consequi mereamr̃.
Qui viuit. ad passionẽ a.

Qum approquaret dns
ihesolimã misit duos ex
discaplis suis dicens. ite in castel
lum qđ contra uos est. et ĩuenie
tis pullũ asine alligatũ super
quẽ nullus hoim sedit. soluite
et adducite mihi. si quis uos ĩ
terrogauerit dicite opus dñi ẽ.
soluentes adduxerũt ad ihm et
iposuerũt sibi uestimenta et se
dit sup eũ. alij expandebant uest
imenta sua in uia. alij ramos
de arboribz extorquebant. et qui se
quebantur clamabant osãna
benedictus qui uenit in nomẽ dñi.
hsdauid regnũ pris nri dauid osã
na in excelsis miserẽ nobis fili
dauid. añ. Qum audisset
pls quia ihs uenit ihosolimã
obuiam ei et clamabãt pue
dicentes. hic est qui uenturus ẽ
in salutẽ ppli. hic est salus nrã
et redẽptio isrl. qũtus est iste au
thronu et dñatoẽs occurrit no
li timere filia syon ecce rex tuus
uenit tibi sedens sup pullũ asi
ne sicut scriptũ est. salue rex fa
bricator mundi. qui uenisti redi
mere nos. a. Ante sex di
es solẽpnis pasche qũ uenit dns
in ciuitatẽ ihrlm. occurrerũt ei
pueri et in manibz portabant ra
mos palmar et clamabant uo
ce magna dicentes osanna in
excelsis. hĩdes qui uenisti in
multitudine mie osanna ĩ excel
sis. añ. Fulgentibz palmis
prosternimur aduenienti dño
huic omes occurramus ei ymn
nis et canticis glificantes et dice
tes hĩdes dñe. a. Scriptũ
est eũ pecora pastorẽ et dispgẽ
tur oues gregis. postq̃ aũt surr
rexero pcedã uos in galileã ibi
ei uidebitis dicit dñs. ℣. Cui la
cerdos coꝛã ymagine crucifixi ge
nua flectens cantet ter. Aue rex
nr̃. Et tua nunc chorus plegitur.

Hic rex noster. fili
dauid redptor mundi quẽ ppte
pdicauerũt saluatorẽ domum isrl
ẽ uenturũ. te eũ ad salutẽ nre

timā pr̄ misit in mundū. quē
expectabant omīs sc̄i ab origine
mundi. et nūc osanna filio da
uid benedictus qui uenit in noīe
dn̄i osanna ī excelsis. Ore. Coll.

Omīps s. ds flos mūdi
odor suauitatis et o
rigo nascentiū. qui oīa
legis et pphar oracula in
filij tui dn̄i nr̄i ihu xp̄i
hūilitate declarasti. qui
q̄ etiā uenienti ihō soli
mā deuotā illi cū ramis
palmar ac misticis lau
dib; hodierna die obui
am fecisti turbā pcedere:
respice ppicius ad debitā
ppli tui seruitutē. ut sicut
tūc prioris ppli gratus ti
bi fuit huius deuotoīs af
fectus. ita nos quoq; ī ue
ritate confessionis noīs
tui hec eadē p reuoluta tpa
frequentantes. purifica
tis sensib; dignū tibi de
feramus obsequiū. ut ue
lut flor uarietate pijs ū
nantes studijs. sarcina car
nis deposita cum odore bo
nor oper in celesti ihrlm
eidem filio tuo dn̄o nr̄o ua
leamus occurrē. Q. te. iu.

ym. Magno salut.

Gloria laus et hōr tibi sit
rex xp̄e redēptor. Cui puer
decus pmpsit osanna piū. I
rahel es tu rex dauidis et īclita
les noīe qui in dn̄i rex benedic
uenis. Gl'a. Cetus in excels
te laudat celicus oīs et mortal
hō et cūcta creata sil'. Cui.
Plebs hebrea tibi cū palm
obuia uenit cū pce uoto ym
assumus ecce tibi. Gl'a. Hu
tibi passuro soluebant munia
laudis nos tibi regnanti pau
gimus ecce melos. Cui. Hu
placuere tibi placeat deuotio
nr̄a rex pie rex clemens cui bo
na cūcta placent. Gl'a. Fe
cerat hebreos hos gl'a sanguis
alti nos facit hebreos transit
ecce pius. Cui. Gl'a laus. Q
Intrantes eccl'iam cantēt. R. In
grediente dn̄o. Deinde an̄ seq̄
Ceperūt omīs turbe descendē
tiū gaudentes laudare deū uo
magna sup oīb; q̄s uiderant u
tutib; dicentes bn̄dcs qui uenit
rex ī noīe dn̄i pax in t'ris et gl'a
in excelsis. Ps. Bn̄dcs dn̄s deus
isrl'. q̄r iu. ꝛ fe. re. ple. s. Gl'a pr̄i.
Ceperūt. Ore. Collect.

Omīps s' deus qui ui

tā humani generis pro
nobis filio tuo morien
te saluasti: pr̄a q̄s: ut in
hac ꝓpli tui deuotōe fruc
tus proueniat gaudiorū.
Peundē dō. Ad missam.

Domine ne longe fa
cias auxiliū tuū a
me. ad defensionem
meā aspice. libera me de ore leo
nis et a cornibꝫ unicorniorū hu
militatē meā. ps. Ds deus mēs
respice in me quare me dereliquisti.

Omp̄s s' ds qui Coll.
humano generi ad
imitandū hūilitatis exē
plū. saluatorem nr̄m car
nem sumere et crucē sub
ire fecisti: concede ꝓpicius:
ut et pacientie ipius habē
documenta. et resurrectōis
consortia mereamur. Pe.

Fres. Hoc Ad philippēs.
sentite in uobis: qd
et in xp̄o ihu. Qui cū in
forma dei eēt. nō rapinā
arbitratus est eē se equalē
deo: sꝫ semetipm̄ exinani
uit. formā serui accipiēs.
In similitudinē hoīm factus.
et habitu īuentu ut homo:
hūiliauit semetipm̄. factus

obediens usq̄ ad mortē.
mortem aūt crucis. Pter
qd et deus illū exaltauit.
et donauit illi nomen qd
est sup omē nomen: ut
in noīe ihu omē genu
flectatur celestiū terrestri
um et infernorū. Et omīs
lingua confiteatur: qꝛ
dn̄s ihs xp̄us: in gl'a est
dei pr̄is. Gr. Tenuisti ma
num dexterā meā. in uoluntate
tua deduxisti me et cū gl'a assūp
sisti me. V. Qm̄ bonus isrl' ds
rc̄is corde. mei aūt pene moti sūt
pedes pene effusi st' gressus mei.
qꝛ zelaui in peccatoribꝫ. pacē pec
catorū uidens. Tractus.

Deus deus mēs respice in me
quare me dereliquisti. V. Longe
a salute mea ūba delictorū meorū.
V. Ds mēs clamabo p diē nec ex
audies et nocte et nō ad insipiē
tiā michi. V. Tu aūt in scō habi
tas laus isrl'. V. In te spauerūt
pr̄es nr̄i spauerūt et liberasti eos
V. Ad te clamauerūt et salui fc̄i
sūt. in te spauerūt et nō st' confu
si. V. Ego aūt sū uermis et non
homo obprobriū hoīm et abiec
tio plebis. V. Omīs qui uidebāt
me aspnabant me locuti st' labi

is et mouerūt caput. Spera
uit in dño eripiat eū. saluū
faciat eū qm̄ uult eū. ℣. Ipi
uero consideraueruṫ et inspex
erūt me diuiserūt sibi uesti
menta mea et sup uestē meā
miserūt sortē. ℣. Libera me de
ore leonis et a cornibꝫ unicor
nior hūilitatē meā. ℣. Qui
timetis dñm laudate eū uni
uersum semen iacob magni
ficate eū. ℣. Annūciabitur
dño generatio uentura et an
nūciabunt celi iusticiā eius.
℣. Plo qui nascetur quē fe
cit dñs. Dñs uob. Passio
Nisi: dñi nr̄i ihu x̄. s. math.
Dixit ihs discipulis suis
Scitis quia post biduū
pascha fiet: et filius hoīs
tradet ut crucifigat. Tūc cō
gregati sūt pncipes sacer
dotum. et seniores ppli in
atriū principis sacerdotū.
qui dicebatur cayphas:
et consiliū fecerūt ut ihm
dolo tenerent et occiderēt.
Dicebant aūt. Non in
die festo. Ne forte tumul
tus fieret in pplo. Cū āt
esset ihs in bethania in
domo symonis leprosi:

accessit ad eū mulier ha
bens alabastrum ungu
ti preciosi. et effudit sup
caput ipius recumbent
Videntes aūt discipli:
dignati sūt dicentes. Ut
pditio hec: Potuit eū
istud uenūdari multo
et dari pauperibꝫ. Sciens
aūt ihs: ait illis. Qui
molesti estis huic mul
ri: Opus bonū: opata
in me. Nā semp paup
hētis uobiscū: me aūt
semp nō habebitis. Mi
tens enī hec ungentum
hoc in corpus meū: ad
sepeliendum me fecit. A
men dico uobis: ubicū
q̄ predicatū fuit hoc
Wangeliū in toto mūdo
dicetur. et qd hec fecit in me
moriā eius. Tūc abijt uni
de duodecim qui dicitur
das scarioth ad pncipes sa
cerdotū: et ait illis. Qui
uultis michi dare: et ego
uobis eū tradā: At illi cō
stituerūt ei triginta arg
teos. Et exinde querebat o
portunitatē: ut eū tradet
Prima aūt die azimor

accesserunt discipuli ad
ihm dicentes. Vbi vis pa
remus tibi comedere pascha?
At ihs dixit. Ite in ciuita
tem ad quendam: et dicite
ei. Magister dicit. Tempus
meum prope est: apud te fa
cio pascha cum discipulis me
is. Et fecerunt discipuli si
cut constituit illis ihs: et
paruerunt pascha. Vespere
autem facto: discumbebat cum
duodecim discipulis suis.
Et edentibus illis dixit. Amen
dico vobis: quia unus
ex vobis me tradituus est.
Et contristati valde: cepe
runt singuli dicere. Numquid
ego sum dne? At ille respon
dit. Qui intingit mecum
manum in paropside: hic
me tradet. Filius quidem
hominis vadit: sicut scriptum
est de illo. Ve autem homini illi:
per quem filius hominis tradet.
Bonum erat ei: si natus
non fuisset homo ille. Respon
dens autem iudas qui tra
didit eum dixit. Numquid
ego sum rabbi? Ait illi. Tu
dixisti. Cenantibus autem eis.
accepit ihs panem et benedixit
ac fregit. deditque discipulis suis et ait. Accipite et comedite: hoc est cor
pus meum. Et accipiens calicem gratias egit: et dedit illis dicens. Bibite ex hoc
omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti:
qui pro multis effundetur
in remissionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam
amodo de hoc genimine
vitis usque in diem illum.
cum illud bibam vobiscum
nouum in regno patris mei.
Et hymno dicto: exierunt
in montem oliueti. Tunc
dicit illis ihs. Omnes vos
scandalum patiemini in me:
in ista nocte. Scriptum est
enim. Percutiam pastorem: et
dispergentur oues gregis.
Postquam autem resurrexero:
precedam vos in galyleam.
Respondens autem petrus: ait
illi. Et si omnes scandalizati
fuerint in te: ego nunquam
scandalizabor. Ait illi ihs.
Amen amen dico tibi: quia
in hac nocte antequam gallus
cantet. ter me negabis.
Ait illi petrus. Etiam si o

portuerit me mori tecū:
non te negabo. Similiter et
omīs discipuli dixerunt.
Tunc uenit ihs cū illis ī
uillā que dicitur gethse
mani: et dixit discipulis
suis. Sedete hic: donec
uadā illuc et orē. Et as
sūpto petro et duobꝫ fili
is zebedei: cepit contristari
et mestus esse. Tūc ait il
lis. Tristis est aīa mea:
usqꝫ ad mortē. Sustine
te hic: et uigilate mecū. Et
progressus pusillū: ꝓcidit
in faciem suā. orans et di
cens. Mi pr̄ si possibile est:
trāseat a me calix iste. Ve
rūptamen nō sicut ego
uolo: sꝫ sicut tu. Et uenit
ad discipl̄os suos: et īue
nit eos dormientes. Et di
cit petro. Sic. Non potuis
tis una hora uigilare me
cū. Vigilate et orate: ut
nō intretis in tēptationē.
Sp̄s quidem ꝓmptus ē:
caro aūt infirma. Iterū
scd̄o abiit: et orauit dicēs.
Pater mi. si nō potest hic
calix trāsire nisi bibā illū:
fiat uoluntas tua. Et ue
nit iterū: et īuenit eos dor
mientes. Erant enī ocli
eorū grauati. Et relictis il
lis: iterū abiit et orauit ter
tio. eundē sermonē dicēs.
Tūc uenit ad discipl̄os
suos: et dicit illis. Dor
mite iam et requiescite.
Ecce appropinquabit ho
ra: et filius hoīs tradetur
in manus pcc̄orū. Surgi
te eamus. Ecce appropi
quabit: qui me tradet. Ad
huc ipō loquente: ecce iu
das unus de duodecī uenit.
et cū eo turba multa cum
gladiis et fustibꝫ. missi a
p̄ncipibꝫ sacerdotū et seni
oribꝫ ꝓpli. Qui aūt tradi
dit eū: dedit illis signū di
cens. Quēcumqꝫ oscula
tus fuero: ipē est. tenete eū.
Et confestim accedens ad
ihm dixit. Aue rabbi. Et
osculatus est eū. Dixitqꝫ
illi ihs. Amice: ad quid
uenisti? Tūc accesserunt
et manus īuecerūt ī ihm:
et tenuerūt eū. Et ecce uni
ex hiis qui erant cū ihu.
extendens manū exemit
gladiū suū: et ꝑcuciens ser

uū p̄ncipis sacerdotū. am
putauit auriculā eius.
Tunc ait illi ih̄s. Conuerte
gladiū tuū: in locū suū.
Om̄s enim qui acceperint
gladiū: gladio p̄ibunt.
An putas quia nō possū
rogare p̄rem meū: et exibe
bit michi modo plus quā
duodecim legiones ange
lor̄. Quomō ergo īplebū
tur scripture. Q̄a sic opor
tet fieri. In illa hora: dix
it ih̄s turbis. Tamq̄ ad
latronem existis cum gla
diis et fustibꝫ comp̄hendere
me: Cotidie apd̄ uos sede
bam docens in templo:
et non me tenuistis. Hoc
aūt totum factū est: ut ad
impl̄entur scripture p̄phar̄.
Tunc discipli om̄s relicto
eo fugerunt. At illi tenen
tes ih̄m. duxerūt ad cay
phā p̄ncipem sacerdotū:
ubi scribe et seniores con
uenerant. Petrus autē
sequebatur eum alonge:
usq̄ in atriū p̄ncipis sac
dotū. Et ingressus intro:
sedebat cū mīstris. ut uide
ret finē. Principes aūt sa

cerdotū et om̄e concilium
querebant falsū testīoni
um contra ih̄m: ut eum
morti traderent. Et non
īuenerūt: cū multi falsi
testes accessissent. Nouis
sime aūt uenerūt duo
falsi testes: et dixerūt. Hic
dixit. Possū destruere tēplū
dei: et post triduū reedifi
care illd̄. Et surgens p̄n
ceps sacerdotū: ait illi. Nich
il rn̄des ad ea: que isti ad
uersum te testificantur: Ih̄s
aūt tacebat. Et p̄nceps sa
cerdotū ait illi. Adiuro te
p deū uiuū: ut dicas no
bis si tu es xp̄s filius dei:
Dicit illi ih̄s. Tu dixisti.
Verūptamen dico uob̄:
amodo uidebitis filiū ho
minis sedentē a dextris u
tutis dei. et uenientē in
nubibꝫ celi. Tūc p̄nceps
sacerdotū scidit uestimē
ta sua dicens. Blasphe
mauit. Q̄d adhuc ege
mus testibꝫ: Ecce nūc au
distis blasphemiā. Q̄d
uobis uidetur: At illi rn̄
dentes dixerūt. Reus est
mortis. Tūc expuerūt ī

faciē eius: et colaphis eū
ceciderūt. Alij palmas in
faciem eius dederūt dicē
tes. Prophetiza nobis
xp̄e: quis est qui te pcus
sit? Petrus uero sedebat
foris in atrio: et accessit
ad eum una ancilla di
cens. Et tu cū ihū galyle
o eras. At ille negauit co
ram oībz dicens. Nescio
quid dicis. Exeunte aūt
illo ianuam: uidit eū
alia ancilla. et ait hijs qui erāt
ibi. Et hic erat cū ihū na
zareno. Et iterū negauit
cum iuramento: qr non
noui hoīem. Et post pu
sillum accesserunt qui
stabant: et dixerunt petro.
Vere: et tu ex illis es. Nā
et loq̄la. tua manifestū
te facit. Tunc cepit detesta
ri et iurare: qr non nouis
set hoīem. Et continuo gal
lus cantauit. Et recordat
est petrus ūbi ihū qd dix
erat: prius q̄ gallus cā
tet ter me negabis. Et egres
sus foras: fleuit amare.
Mane aūt fcō: concilium
inierunt oīs p̄ncipes sa

cerdotū et seniores ppli ad
uersus ihm. ut eū morti
traderent. Et uinctū addux
erunt eū: et tradiderunt
pontio pylato presidi.
Tunc uidens iudas qui
eum tradidit q dampna
tus esset: penitentia duc
tus retulit triginta argē
teos p̄ncipibz sacerdotum
et senioribz dicens. Peccaui
ui: tradens sanguinē iu
stum. At illi dixerūt. Qd
ad nos? Tu uideris. Et p
iectis argenteis in tēplo
recessit: et abiens laqueo
se suspendit. Principes aūt
sacerdotū: acceptis argē
teis dixerunt. Non licet
eos mittere in corbanan:
qr preciū sanguīs est. Cō
cilio aūt inito: emerunt
ex illis agrū figuli. in se
pulturam peregrinorū. P
ter hoc uocatus est ager
ille acheldemach. hoc ē ager
sanguīs: usq in hodiernū
diem. Tūc impletū ē:
qd dictum est p ihēmiā
pphetam dicentē. Et acce
perunt triginta argente
os preciū appreciati quē

appreciauerunt a filijs is
rahel: et dederunt in agrum
figuli. sicut constituit mi
dus. Ihs autem stetit ante pre
sidem. Et interrogauit
eum preses dicens. Tu es
rex iudeorum. Dicit ei ihs.
Tu dicis. Et cum accusa
retur a principibus sacerdo
tum et senioribus: nichil
respondit. Tunc dicit illi
pylatus. Non audis quan
ta aduersum te dicunt testi
monia. Et non respondit ei ad
ullum uerbum: ita ut mira
retur preses uehementer.
Per diem autem solempnem:
consueuerat preses dimittere
populo unum uinctum quem uo
luissent. Habebat autem tunc
unum uinctum insignem: qui
dicebatur barrabas. Con
gregatis ergo illis: dixit
pylatus. Quem uultis di
mittam uobis: barraban an
ihm qui dicitur xps? Sciebat enim: quod per
inuidiam tradidissent eum.
Sedente autem illo pro tribuna
li: misit ad illum uxor eius
dicens. Nichil tibi et iusto
illi: multa enim passa sum
hodie per uisum propter eum.

Principes autem sacerdotum
et seniores persuaserunt po
pulis ut peterent barra
ban: ihm uero perderent.
Respondens autem preses: ait il
lis. Quem uultis uobis de
duobus dimitti. At illi dix
erunt. Barraban. Dicit
illis pylatus. Quid igitur
faciam de ihu qui dicitur
xps? Dicunt omnes. Crucifi
gatur. Ait illis preses. Quid
enim malefecit. At illi ma
gis clamabant dicentes.
Crucifigatur. Videns autem
pylatus quia nichil proficeret.
sed magis tumultus
fieret: accepta aqua la
uit manus coram populo di
cens. Innocens ego sum
a sanguine iusti huius: uos
uideritis. Et respondens uniuer
sus populus dixit. Sanguis
eius super nos: et super filios
nostros. Tunc dimisit illis
barraban: ihm autem fla
gellatum tradidit eis ut
crucifigeretur. Tunc mi
lites presidis suscipientes
ihm in pretorio congrega
uerunt ad eum uniuersam
cohortem: et exuentes eum

clamidem coccineā circū
dederunt ei. Et plectentes
coronam de spinis posu
erūt sup caput eius: et
arundinē in dextera ei⁹. Et
genuflexo añ eū: illude
bant dicentes. Aue rex
iudeor. Et expuentes in
eum: acceperunt arundi
nem. et percuciebant caput
eius. Et postq̄ illuserūt
ei. exuerunt eū clamide
et induerunt eum uesti
mentis eius: et duxerūt
eum ut crucifigerent. Eū
tes aūt īuenerūt hoīem
cyreneum noīe symonē:
hunc angariauerunt
ut tolleret crucem eius.
Et uenerunt in locum
qui dicitur golgatha:
qd̄ est caluarie locus. Et
dederunt ei uinū bibere:
cum felle mixtum. Et cū
gustasset: noluit bibere.
Postq̄ aūt crucifixerūt
eum: diuiserūt uestimē
ta eius. sortem mittentes.
ut impleretur qd̄ dictum
est per prophetam dicen
tem. Diuiserunt sibi ues
timenta mea et sup uestē
meā miserunt sortē. Et se
dentes seruabant eū. Et
imposuerunt sup caput
eius causā ipius scriptā.
Hic est rex iudeor. Tunc
crucifixi sūt cū eo duo lat
nes: unus a dextris et u
nus a sinistris. Pretere
untes aūt blasphemabā
eum: mouentes capita si
a et dicentes. Vach. qui de
truit templū dei: et in tri
duo illud reedificat. Sal
ua temetipm̄. Si filius dei
es: descende de cruce. Similiter
et p̄ncipes sacerdotū illude
tes cū scribis et seuoribus di
cebant. Alios saluos fecit:
seipm̄ non potest saluū
facere. Si rex isrl̄ est: desce
dat nūc de cruce. et credimus
ei. Confidit in deo: liberet
eum nūc si uult. Dixit ei:
quia dei filius sū. Idipm̄
aūt et latrones qui cruci
fixi erant cū eo: īproperabāt
ei. A sexta aūt hora tene
bre fc̄e sunt sup uniūsā
terrā: usq; in horā nonā.
Et circa horā nonā: cla
mauit ihs uoce magna
dicens. Hely. hely: lama

zabathani? Hoc est. Ds
meus. deus ms: ut qd de
reliquisti me? Quidam
aut illic stantes et audi
entes: dicebant. Helyam
uocat iste. Et continuo
currens unus ex eis accep
tam spongiā impleuit
aceto. et īposuit arundini:
et dabat ei bibere. Ceteri ue
ro dicebant. Sine: uidea
mus an ueniat helyas
liberans eū. Ihs aut iterū
clamans uoce magna:
emisit spm. ✠ Et ecce ue
lum templi scissum est in
duas ptes: a sūmo usq; de
orsum. Et terra mota est
petre scisse sunt. et monu
menta apta sunt: et mlt
ta corpa scōr qui dormie
rant surrexerunt. Et exeū
tes de monumentis post
resurrectionē eius: uenerūt
in scām ciuitatē. et appa
ruerunt multis. Centuri
o aut et qui cū eo erant cus
todientes ihm: uisu terre
motu et hys que fiebant.
timuerūt ualde dicentes.
Vere: dei filius erat iste.
Erant aut ibi mulieres
multe alonge: que secu
te erant ihm a galylea
mīstrantes ei. Inter qs e
rat maria magdalene. et
maria iacobi et ioseph mr:
et mater filiorū zebedei. Cū
sero aut fcm eēt: uenit q
dam homo diues ab ari
mathia noīe ioseph. qui
et ipe discipls erat ihu. Hic
accessit ad pylatū: et peti
it corpus ihesu. Tunc py
latus iussit reddi corpus.
Et accepto corpore io
seph. inuoluit illud in
syndone munda: et po
suit illud in monumē
to suo nouo quod exci
derat in petra. Et aduol
uit saxum magnum
ad ostium monumen
ti: et abijt. Erat autē
ibi maria magdalene
et altera maria: seden
tes contra sepulchrum.

Ewangelium.

Altera aut die que est
post pasceuen: con
uerunt principes sacerdo
tum et phariz ei ad pyla
tum dicentes. Dne recor
dati sumus quia seductor

ille dixit adhuc iuuens:
post tres dies resurgam.
Iube ergo custodiri sepul
chrum usq; in diem terci
um: ne forte ueniant dis
cipuli eius et furentur eū.
et dicant plebi surrexit a
mortuis. Et erit nouissi
mus error: peior priore.
Ait illis pylatus. Habe
tis custodiam: ite custo
dite sicut scitis. Illi autē
abeuntes munierūt se
pulchrū: signantes la
pidem: cū custodibz. Off.
Improperiū expectauit cor
meū et miseriā. et sustinui q̄
simul contristaret et nō fuit
consolantē me q̄siui et nō
īueni. et dederūt in escā meā
fel et in siti mea potauerunt
me aceto. Secreta.
Concede q̄s dn̄e. ut o
culis tue maiestatis mu
nus oblatum et grām
nobis deuotōis obtine
at. et effectū bt̄e phenni
tatis acquirat. P. Cō.
Pater si non potest hic ca
lix transire nisi bibā illū fi
at uoluntas tua. Cpl.
Per huius dn̄e opati
onem misterij. et uitia
nr̄a purgentur: et uista
desideria compleantur. P.
Iudica dn̄e Feria ij.
Inocentes me expugna
pugnantes me. apprehende
arma et scutū et exurge in
adiutoriū meū. dn̄e uirtus sa
lutis mee. P. Effunde frameā
et conclude adūsus eos qui
persequūtur. Coll.
Da q̄s omp̄s deus: ut
qui in tot aduersus ex nr̄a
infirmitate deficimus: in
tercedente unigeniti filij
tui passione respiremus
P. c. Lcio ysaie pphete.
In diebz ill. Dixit ysaias.
Dn̄s ds aperuit michi
aurem: ego aūt nō con
tradico. retrorsū nō abij.
Corpus meū dedi percu
cientibz: et genas meas uel
lentibz. Faciem meā nō
auerti ab increpantibz: et
conspuentibz. Dn̄s deus
auxiliator mēs: ideo non
sum confusus. Ideo posui
faciem meā ut petram du
rissimā: et scio q̄m nō co
fundar. Iuxta est qui iu
stificat me: quis contradi

ar mihi? ℣. Venus simil.
Qs est aduersarius mꝰ:
accedat ad me. Esto dñs
deus auxiliator mꝰ: quis
est qui condempnet me.
Ecce omes sicut uestimentū
conterentur: tinea comedet
eos. Qs ex uobis timens
dñm. audiens uocē serui sui?
Quis ambulauit in tenebꝛis.
et non est lumen ei? ℣. Speret
in nomīe dñi: et innitatur ī
deo: deo suo. Gꝛ. Exur
gat deus et ꝺissipentur inimici mei
deus mꝰ et dñs mꝰ in causa
mea. ℣. Effunde framea et
conclude aduꝛsꝰ eos q̄ me psequū
tur. Ant. Venit ℣ Iohēs. tur.
Sex dies paschę uenit ihs ꝺe
thanim: ubi fuerat lazarꝰ
mortuus. Quē suscitauit
ihs. Fecerūt aūt ei cenam
ibi: et martha ministrabat.
Lazarus uero unus erat
discumbentiū cū eo. ℣. Maꝛ
ia ergo accepit libꝝ unguenti nardi pistici pcio
si. et unxit pedes ihu. et ex
tersit capillis suis pedes
eius: et domus ipleta est
ex odoꝛe unguenti. Ꝺicit ergo
unus ex ꝺiscipulis eius iu
das scarioth: qui eum
erat traditurus. Quare
hoc unguentū non uenit
trecentis denarijs. et datū
est egenis? Ꝺixit aūt hoc.
nō quia de egenis pti ne
bat ad eum: sꝫ qꝛ fur erat.
et loculos habens. ea quę
mittebantur portabat.
Ꝺixit ergo ihs. Sine il
lam: ut in ꝺiem sepultu
re mee seruet illud. Pau
peres enī semp habetis vo
biscū: me aūt nō sp habe
bis. Cognouit ergo turba
multa ex iudeis quia il
luc est: et uenerūt nō ppt
ihm tantū. sꝫ ut lazarum
uiderent quē suscitauit
a mortuis. Cogitauerūt
aūt pncipes sacerdotū ut
et lazarū interficerent:
qꝛ multi ppter illū abibāt
ex iudeis et credebant in
ihm. ℣. In crastinū aūt tur
ba multa quę uenerat ad
diem festū cum audisset
quia uenit ihs ihꝝsolymā: acceperūt ramos pal
marū. et processerūt obuiā
ei et clamabant. Osan
na: benedictus qui uenit

in noīe dñi. rex isrl'. Et ī
uenit ihs azellū: et sedit
sup eū. sicut scriptū est.
Noli timere filia syon:
ecce rex tuus uenit tibi
sedens sup pullū azine.
Hec non cognouerūt dis
cipli eius primū: sz qñdo
glificatus est ihs. tūc recor
dati st qz hec erant scrip
ta de eo. et hec fecerūt ei.
Testimoniū ergo phibebat
turba que erat cū eo qñdo
lazar uocauit de monu
mento: et suscitauit eū a
mortuis. Pterea et obui
am uenit ei turba: quia
audierūt eū fecisse hoc sig
num. Phizei ergo: dixerūt
ad semetipōs. Videtis quia
nichil pficimus? Ecce mū
dus totus post eū abiit.
Erant aūt gentiles quidā
ex hijs qui ascenderant: ut
adorarent in die festo. Hij
ergo accesserūt ad philip
pū. qui erat a bethsaida
galylee: et rogabant eū
dicentes. Dñe: uolumꝰ
ihm uidere. Venit philip
pus: et dicit andree. Andre
as rursum et philippus:

dixerūt ihu. Ihs aūt res
pondit eis dicens. Venit
hora: ut clarificetur filiꝰ
hoīs. Amen amen dico
uobis: nisi granū frumē
ti cadens in terrā mortuū
fuit. ipm solū manet. Si
aūt mortuū fuit: multū
fructū affert. Qui amat
aīam suā: pdet eā. Et qui
odit aīam suā in hoc mū
do: in uitam eternā custo
dit eā. Si quis michi mi
nistrat: me sequatur. Et
ubi sum ego: illic et mīs
ter meus erit. Si quis mi
nistrauerit: hōrificabit
eum pr meus. Nūc aīa
mea turbata est. Et quid
dicā? Pater: saluifica me
ex hora hac. Sz pterea ue
ni in hora hanc. Pr clari
fica tuum nomen. Venit
ergo uox de celo. Et clarifi
cauī: et iter clarificabo. Tu
ba ergo que stabat et au
dierat: dicebat tonitruū
fcm esse. Alij dicebant. An
gelus ei locutus est. Rndit
ihs: et dixit. Non pter me
uox uenit: sz pter uos.
Nunc iuditium est mun

di: nunc princeps huius
mundi eiicietur foras. Et
ego si exaltatus fuero a ter
ra: omnia traham ad meip
sum. ℣. Hoc autē dicebat: sig
nificans qua morte esset
moriturus. ℟. Audiui
ba. ℣. Nos audiuimus ex le
ge: q̄ xp̄s manet ī eternū.
Et quomō tu dicis opor
tet exaltari filiū hoīs? Q̄s
est iste filius hoīs? Dixit
ergo eis ihs. Adhuc mo
dicum lumen in nobis
est. Ambulate dū lucem
habetis: ut non tenebre vos
comprehendant. Et qui ā
bulabat in tenebris: nes
cit quo uadat. Dum lucē
habetis credite in lucē: ut
filij lucis sitis. ℣. Hec locut⁹
est ihs: et abiit: et abscon
dit se ab eis. Off. Eleuā
te manus meas dñe ad te con
fugi. doce me facere uoluntatem tu
am quia deus meus es tu. Sec.

Dele sacrificia nos op̄s
deus potenti ut ute
mundatos ad suū faciāt
pticipes uenire principiū.
℣. Cō. Erubescant et reuer
antur sil' qui gratulantur ma
lis meis. induantur pudore et
reuerentia qui maligna loqui
tur aduersum me. Compl.

Placeant nobis dñe
deuotionē tua sc̄i ter
roren: quo cor pariter et
actu delectemur et fructu.
℣. Super pplm.

Adiuua nos deus sa
lutaris nr̄: et ad b̄n̄ficia
recolenda quib⁹ nos in
stauraste dignatus es. ti
bi ueniā gaudentes. ℣.
Nos aut̄ gl̄ari. Fia. iij.

Oportet in cruce dñi nr̄i
ihu xp̄i. in quo est salus nra
et resurrectio nr̄a p̄ quē salua
ti et liberati sumus. ℣. Ds mi
sereatur nr̄i et benedicat nob. il
luc̄et uultū suū sup̄ nos et mise
reatur nr̄i. Collecta.

Omnipotens s̄empiterne deus da nobis
ita dñice passionis sacra
menta pagere: ut indul
gentiā p̄cipere mereamur.
℣. Qui dicis: Iehiemicphe. ℟.
ill: Dixit ihsemias. Dne
demonstrasti michi et cog
nou: tu audisti michi
studia cor. Et ego qsi ag
nus mansuetus qui por
tatur ad uictimā: et nō

cognoui quia cogitaue
runt sup me consilia di
centes. Mittamus lignū
in panem eius. et eradam⁹
eum de terra uiuentiū: et
nomen eius non mēoret⁹
amplius. Tu aūt dn̄e sa
baoth qui iudicas iuste.
et probas renes et corda: iu
deam ultionem tuā ex eis
tibi enī reuelaui causam
meā: dn̄e deus meus. Gr.
Ego aūt dum m̄ molesti es
sent induebam me cilitio. et hu
miliabam in ieiunio aīam me
am et orō mea in sinu meo cō
uertetur. V. Iudica dn̄e nocētes
me expugna īpugnantes me.
apprehende arma et scutū. et ex
urge in adiutoriū michi. Dn̄s
uobiscū. Passio dn̄i nr̄i
In illo: ihū xp̄i s̄ marcū.
Erat pascha et azima p⁹
biduum. Et querebant sū
mi sacerdotes et scribe: quo
mō ihm dolo tenerent et
occiderent. Dicebant enī.
Non in die festo: Ne forte
tumultus fieret ppli. Et cū
eēt ihs bethanie in domo
symonis leprosi et recūbe
ret: uenit mulier habens

alabastrū ungenti nardi
spicati preciosi. et fracto a
labastro effudit sup cap⁹
eius. Erāt āt q̄dā indigne
ferentes intra semetipsos:
et dicentes. Ut q̄d pditio
ista ungenti fcā est? Po
terat enī ungentū istud
uenundari plus q̄ trecētis
denariis: et dari paupib⁹
Et fremebant in eā. Ihs
aūt dixit. Sinite eā. Q̄d
illi molesti estis? Bonū
opus opata est in me. Sē
per enī paupes hētis vob
cū: et cum uolueritis po
testis illis bn̄facere. Me
aūt nō sp hēbitis. Quod
habuit hec fecit: p̄uenit
ungere corpus meū in se
pulturā. Amen dico uo
bis: ubicumq; p̄dicatū
fuit euuangeliū istud in
uniuerso mundo. et q̄d fecit
hec narrabitur in memo
riam eius. Et iudas scaci
othes unus de duodecim
abiit ad sūmos sacerdotes
ut pderet eum illis. Qui au
dientes gauisi sūt: et pmi
serunt ei pecuniā se datu
ros. Et q̄rebat quomō illū

oportune tradiret. Et primo die azimoꝝ qñ pascha im
molabant: dicit ei discipuli. Quo vis eamus et
paremus tibi: ut man
duces pascha? Et mittit
duos ex discipulis suis:
et dicit eis. Ite in ciuitatē:
et occurret vob hō lagenā
aque portans. Sequimi
ni: et quocūq introie
rit dicite dño domus. qz
magr dicit. Vbi est refectio
mea: ubi pascha cū discipulis meis manducem?
Et ipe vobis demonstrabit
cenaculū grande stratū
et illic parate nobis. Et abi
erunt discipli eius et ue
nerunt in ciuitatē. et iuue
nerunt sicut dixerat illis:
et paurerūt pascha. Vespere
autē fō: venit cū duodecim.
Et discumbentib; eis et mā
ducantib: ait ihs. Amen
dico vobis: qā unus ex vo
bis me tradet. qui man
ducat mecū. At illi ceperūt
contristari: et dicere ei sin
gillatim. Numquid ego?
At ille ait illis. Unus ex du
odecim: qui intingit me
cum in catino. Et filius
quidē hois vadit: sicut
scriptum est de eo. Ve autē
hoī illi: p quē filius ho
minis tradetur. Bonum
erat ei: si non esset natus hō
ille. Et manducantib; il
lis. accepit ihs panē: et be
nedicens fregit. et dedit eis
et ait. Sumite: hoc est cor
pus meū. Et accepto cali
ce: gīās agens dedit eis.
Et biberūt ex eo oēs. Et
ait illis. Hic est sanguis
meus noui testamenti:
qui pro multis effundet.
Amen dico vobis: qđ iā nō
bibā de genimine uitis.
usq in diem illū cum il
lud bibam nouū in regno dei. Et hymno dicto: exi
erunt in montē oliuarū.
Et ait eis ihs. Oēs vos scan
dalizemini in me in nocte ist
a: qz scriptū est. Percutiam
pastorem: et dispgentur
oues. Sed postq̄ surrexero: precedā vos in
galileā. Petrus aūt ait
illi. Et si oēs scandalizati
fuerint: ego non. Et ait
illi ihs. Amen dico tibi:

quia tu hodie in nocte
hac prius quam bis gallus
uocem dederit. ter me es
negaturus. At ille am
plius loquebatur. Et si
oportuerit me sil' cōmo
ri tibi: nō te negabo. Si
militer et omīs dicebant.
Et ueniunt in predium
cui nomē gethsemani: et
ait discipulis suis. Sede
te hic: donec orem. Et as
sumit petrū et iacobū et
iohannē secū: et cepit pa
uere et tedere. Et ait illis.
Tristis est aīa mea: usq;
ad mortem. Sustinete h:
et uigilate. Et cū pcessis
set paululū: procidit su
per terrā et orabat ut si
fieri posset. transiret ab
eo hora. Et dixit. Abba
pr. oīa tibi possibilia sūt:
transfer calicem hūc a me.
Sed non qd' ego uolo: sed
qd' tu. Et uenit: et īuenit
eos dormientes. Et ait pet'.
Symon dormis: Non po
tuisti una hora uigilare
mecum: Vigilate et orate:
ut non intretis in tēptati
onem. Sps quidē promp

tus est: caro uero infirma.
Et iterū abiens: orauit eū
dem sermonē dicens. Et re
uersus denuo: īuenit eos
dormientes. Erant enī ocu
eorū grauati: et ignorabāt
quid responderent ei. Et ue
nit tercio: et ait illis. Do
mite iam: et requiescite.
Sufficit. Venit hora: et
tradetur filius hoīs ī ma
nus pccōrū. Surgite eam.
Ecce qui me tradet: ppe ē.
Et adhuc eo loquente. ue
nit iudas scarioth unus
ex duodecim: et cū eo tur
ba multa cū gladijs et lig
nis missi a sūmis sacerdo
tibus et a scribis et a senio
ribus. Dederat aūt traditor
eius signū eis dicens. Quē
cumq; osculatus fuero:
ipē est tenete eum: et duci
cite caute. Et cum uenis
set: statim accedens ad
ait. Rabbi. Et osculatus
est eū. At illi manus in
iecerunt in eum: et tenue
runt eum. Vnus aūt de
circumstantibus educens
gladiū pcussit seruū sū
mi sacerdotis: et ampu

tauit illi auricula. Et rñ
dens ihs: ait illis. Tanq̃
ad latronem existis cum
gladijs et lignis comprę
hendere me? Cotidie eram
apd̃ uos in templo docęs:
et non me tenuistis. Sz ut
adimpleantur scripture.
Tunc discipli eius relin
quentes eum: omes fugę
runt. Adolescens aũt qui
dã sequebatur eũ amict'
sydone sup nudo: et te
nuerũt eũ. At ille rejecta
sydone: nudus pfugit
ab eis. Et adduxerũt ihe
sũ ad sũmũ sacerdotẽ: et
conuenerũt omes sacerdo
tes et scribe et seniores. Pe
trus aũt alongę secutus
est eum: usq; intro in atri
um sũmi sacerdotis. Et se
debat cũ ministris: et calefa
ciebat se ad ignẽ. Sũmi ue
ro sacerdotes et omẽ cona
bantur querebant aduersus
ihm testimoniũ ut eũ mor
ti traderent: nec inueniebãt.
Multi enim testimoniũ fal
sum dicebant aduersus eũ:
et conuenientia testimo
nia non erant. Et quidam
surgentes falsũ testimoni
um ferebant aduersus eũ
dicentes. Qm̃ nos audi
uimus eum dicentẽ. Ego
dissoluã templũ hoc ma
nufactũ: et p triduũ aliud
nõ manufactũ edificabo.
Et nõ erat conueniens tes
timoniũ illoz. Et exurgęs
sũmus sacerds in medi
um: interrogauit ihm
dicens. Nõ rñdes quidq̃
ad ea: quę tibi obiciun
tur ab hijs? Ille aũt tace
bat: et nichil rñdit. Rur
sum sũmus sacerds int
rogabat eũ: et dixit ei. Tu
es ipe filius dei benedicti?
Ihs aũt dixit illi. Ego sũ.
Et videbitis filiũ hoĩs a
dextris sedentẽ uirtutis: et
uenientem in nubibz celi.
Sũmus aũt sacerds scin
dens uestimenta sua ait.
Quid adhuc desideramꝰ
testes? Audistis blasphe
miã. Qd̃ uobis uidetur?
Qui omes condẽpnauerũt
eũ esse reum mortis. Et
ceperũt quidã conspuere
in eũ. et uelare faciem
eius: et colaphis eũ cedẽ

et dicere ei. Phetiza. Et
ministri alapis eum cedebant
Et cum esset petrus in atrio
deorsum: venit una ex an
cillis summi sacerdotis. Et
cum vidisset petrum cale
facientem se: aspiciens
illum ait. Et tu cum ihesu
nazareno eras. At ille ne
gavit dicens. Neque scio: ne
que novi quid dicas. Et ex
iit foras ante atrium: et gal
lus cantavit. Rursus autem
cum vidisset illum ancilla:
cepit dicere circumstan
tibus. Quia hic ex illis est. At
ille iterum negavit. Et post
pusillum: rursus qui as
tabant dicebant petro.
Vere: ex illis es. Nam et
galyleus es. Ille autem cepit
anathematizare et iura
re: quia nescio hominem
istum quem dicitis. Et sta
tim iterum gallus cantavit.
Et recordatus est petrus ver
bi quod dixerat ei ihesus prius
quam gallus cantet bis. ter
me negabis: et cepit fle
re. Et confestim mane con
cilium facientes summi sa
cerdotes cum senioribus et

scribis. et universo concili
o: vincientes ihesum duxe
runt et tradiderunt pyla
to. Et interrogavit eum
pylatus. Tu es rex iudeo
rum: At ille respondens: ait illi.
Tu dicis. Et accusabant
eum summi sacerdotes in mul
tis. Pylatus autem rursum
interrogavit eum dicens.
Non respondes quicquam? Vide
in quantis te accusant. Ihesus
autem amplius nichil respondit:
ita ut miraretur pylatus.
Per diem autem festum dimit
tere solebat illis unum ex vinc
tis: quemcumque petissent.
Erat autem qui dicebatur
barrabas. qui cum sediciosis
erat vinctus: qui in sedi
tione fecerat homicidium.
Et cum ascendisset turba:
cepit rogare sicut semper
faciebat illis. Pylatus autem
respondit eis: et dixit. Vultis di
mittam vobis regem iu
deorum? Sciebat enim: quod per invi
diam tradidissent eum
summi sacerdotes. Pontifi
ces autem concitaverunt tur
bam: ut magis barrabam
dimitteret eis. Pylatus autem

ter nūm̄is: aut illis. Nō
ergo uultis facā regi iu
dęo? At illi iter clamauc
rūt. Crucifige eū. Pylat'
uō dicebat eis. Nō enī malū
fecit? At illi magis clamabāt.
Crucifige eū. Pylat' uō vo
lēs pl̄o cautū facere dimisit illi
barrabā: et tradidit iēm flagel
lis cēsū ut crucifigeret. Milites
āt duxerūt eū itro i atriū pto
rij: et cōuocāt totā cohortē. et
idūnt eī purpura. Et īponūt
et plectētes spineā coronā: et
ceperūt salutare eū. Ave rex
iudęoꝝ. Et percutiebāt caput
eius harundine. et con
spuebant in eū: et ponē
tes genua adorabāt eum.
Et postq̄ illuserūt ei exu
erunt illū purpura. et i
dūerūt illū uestimentis
suis: et ēducūt illū ut cru
cifigerent eū. Et angaria
uerūt p̄terrūtē quēpiā
symonē cyrenęū uenientē
de villa. patrē alexandri et
rufi: ut tolleret crucē eius.
Et pducunt illū in golga
thā locum: qđ est īterp̄tā
tū calūarie locus. Et dabat
ei bibere myratū uinum
et nō accepit. Et crucifigē
tes eū diuiserūt uestimēta
eius: mittentes sortem sū
per eis quis quid tolleret. Erat
aūt hora tercia: et crucifix
erunt eū. Et erat tytulus
cause eius inscriptus: rex
iudęoꝝ. Et cū eo crucifigūt
duos latrones: unū a dex
tris. et alterū a sinistris.
Et adimpleta est scrip
tura que dicit. Et cū iu
quis deputatus est. Et p̄
terēuntes blasphemabāt
eū: mouentes capita su
a et dicentes. Vah. qui
destruit templū: et in tri
bus diebus reędificat. Sal
uū fac temetipm: descen
dens de cruce. Similiter et sū
mi sacerdotes illudentes ad
alterutrū: cū scribis dice
bant. Alios saluos fecit:
seipm non potest saluū fa
cere? Xp̄s rex isrl descendat
nunc de cruce: ut uideam⁹
et credamus. Et qui cū eo
erant crucifixi: conuicia
bantur ei. Et cū hora sex
ta: tenebre fuē sunt p totā
terrā usq; in horā nonā.
Et hora nona: exclama

uit ihs uoce magna di
cens. Heloy. heloy: lama
zabathani: Qd est inter
ptatū. Deus mis deus me
us: ut qd dereliquisti me:
Et quidā de circūstantibz
audientes dicebant. Ecce:
helyam uocat. Currens
aūt unus et īplens spō
giā aceto circūponensqz
calamo: potū dabat ei di
cens. Sinite: uideamus
si ueniat helyas ad depo
nendū eū. Ihs aūt emis
sa uoce magna: expirauit.
✠ Et uelum templi scis
sū est in duo: a sūmo us
qz deorsū. Videns aūt cē
turio qui ex adūso stabat.
quia sic clamans expiras
set. ait. Vere: homo hic fi
lius dei erat. Erant autē
et mulieres delonge aspici
entes: inter quas erat ma
ria magdalene et maria
iacobi minoris et ioseph
mr et salome. Et cū esset
in galylea sequebantur
eū. et mīstrabant ei: et a
lie multe q̄ sil cū eo ascen
derant ihosolimā. Ew.
Et cū iam sero eēt fcm.

quia erat pascene qd est aū
sabbatū: uenit ioseph ab
arimathia nobilis decuri
o. qui et ipē erat expectans
regnū dei. Et audacter in
trouit ad pylatū: et peti
it corpus ihu. Pylatus aūt
mirabatur: si iā obisset. Et
accersito centurione: inter
rogauit eū si iam morti
us eēt. Et cū cognouisset
a centurione: donauit cor
pus ioseph. Ioseph autem
mercatus syndonē. et depo
nens eū inuoluit syndone:
et posuit eū in monumen
to qd erat excisū in petra.
Et aduoluit lapidem ad
ostiū monumenti. Off.
Custodi me dne de manu pec
catoris et ab hoībz iniquis eri
pe me dne. Secreta.
Sacrificia nos qs dne
ppensius ista restaurent.
que medicinalibz sunt
instituta ieiunijs. P. Co
Aduersū me exercebant qui
sedebant in porta. et in me psal
lebant qui bibebant uinū ego
uero orōnem meā ad te dne tē
pus beneplaciti ds ī multitu
dine mīe tue. Compl.

Sificationibz tuis ops
deus et uita nra cur
tur: et remedia nobis ce
lestia prouenant. ℣.
Una nos Sup ps̄m.
Omnia deus. et ab oi ob
reptione uetustatis expur
get: et pacem ce nouita
tis efficiat. ℣. Sequentia nāi.
In nōe dñi omne genu flec
tatur celestiū terrestriū et
infernoz qz dñs factis obediens
usqz ad mortē mortē autē cru
cis uicto dñs ihs xps in gla est pa
tris. ℣s Dñe exaudi oronem
meā et clamor mus ad te ueniat
Hunc dñs uob. Oze. Flect. Coll.
Deprecta qs ops deus:
ut qui nris excessibz
uehementer affligimur:
p unigeniti tui passionē
liberemur. Qui tc. Ꝑplace.℣
Letet iocat dñs deus. plete.
Iocate filie syon. Ecce
saluator tuus uenit: et
merces eius cū eo. Qs est
iste qui uenit de edom. tinc
tis uestibz de bosra. Iste est
formosus in stola sua:
gradiens in multitudine
fortitudinis suc. Ego qui
loquor iustitiā: et ꝓpug
nator sū ad saluandum.
Quare ergo rubrū est in
dumentum tuū: et uesti
menta tua sicut calcantis
um in torcular. Torcu
lar calcaui solus: et de gē
tibz non est uir mecū. Cal
cauī eos in furore meo: et
conculcauī eos in ira me
a. Et aspersus est sanguis
eoz sup uestimenta mea: et
oia ornamenta mea inquinaui.
Dies enī ultionis in corde meo: annus
retributionis mee uenit.
Circumspexi et non erat
auxiliator: quesiui et nō
fuit qui adiuuaret. Et sal
uauit mihi brachiū me
um: et indignatio mea
ipsa auxiliata è mihi.
Misericordiā dñi recordā
bor: laudem dñi annun
ciabo sup oibz que retri
buit nobis. dñs deus nr. Gr.
Ne auertas faciē tuā a puero tu
o quōm tribulor uelociter exau
di me. ℣. Saluum me fac deus
quōm intrauerūt aq̄ usqz ad a
nimā meā infixus sū in li
mo ꝓfundi et nō est sūstan
tia. Dñs vob. Oze. Flect. Coll.
Deus qui ꝓ nobis fi

lium tuum crucis patibu
lum subire voluisti. ut
inimici a nobis expelle
res potestatem: concede no
bis famulis tuis: ut re
surrectionis gl'am conse
quamur. P. l'ysaie pphe.
In diebus illis: Dixit ysaias.
Domine quis credidit audi
tui nro. et brachium dni
cui revelatum est? Et ascen
dit sicut virgultum coram
eo: et sicut radix de terra
sicienti. Non est species ei
neque decor. Et vidimus eum:
et non erat aspectus. Et de
sideravimus eum despectum et
novissimum virorum: virum
dolorum et scientem infirmita
tem. Et quasi absconditus
vultus eius et despectus:
unde nec reputavimus
eum. Vere languores nros
ipse tulit: et dolores nros ip
se portavit. Et nos putavi
mus eum quasi leprosum: et per
cussum a deo et humiliatum.
Ipse autem vulneratus est
propter iniquitates nras:
attritus est propter scelera
nra. Disciplina pacis nre
super eum: et livore eius sa

nati sumus. Omnes nos qui
oves erravimus unusquis
que in viam suam declinavit: et
dns posuit in eo iniquita
tem omnium nrm. Oblatus est
quia ipse voluit: et non aperu
it os suum. Sicut ovis ad
occisionem ducetur: et qui
agnus coram tondente ob
mutescet. et non aperiet os
suum. De angustia et de iu
ditio sublatus est. Gene
rationem eius quis enarra
bit? Quia abscisus est de
terra viventium. Propter sce
lus populi mei percussi eum.
Et dabit impios pro sepul
tura. et divitem pro morte
sua: eo quod iniquitatem non
fecerit: neque dolus fuerit in
ore eius. Et dns voluit con
terere eum in infirmitate.
Si posuerit pro peccato ani
mam suam. videbit semen
longevum. et voluntas do
mini in manu eius diri
getur: pro eo quod tradidit
in mortem aiam suam. et
cum sceleratis reputatus est.
Et ipse peccata multorum tulit:
et pro transgressoribus ora
vit ut non perirent. Dicit

dñs: omps. ℣. Dñe ex
audi oronem meã et clamor
meus ad te veniat. ℣. Ne aũ
tas faciem tuã a me in quacũq;
die tribulor inclina ad me au
rem tuã. ℣. In quacũq; die ñuo
cauero te velociter exaudi me. ℣.
Quia defecerũt sicut fumus dies
mei et ossa mea sicut in fornono
consumta sũt. ℣. Percussus sũ sicut fe
nũ et aruit cor meũ q; obliti sũ
mãducare panẽ meũ. ℣. Tu exur
gens dñe miserebris syon. q; ve
nit tps miserendi eius. ℣. Non dẽ
dñs uob. hz tuũ. Passio dñi nr̃i ihũ.

Ant: Appropinquabat di
es festus azimoꝝ. qui dicit
pascha. Et ꝯsiliabant principes
sacerdotũ et scribe: quomõ
eum interficerent. Timebãt
autem plebem. Intrauit aũt
sathanas in iudã qui cog
nominabatur scarioth:
unũ de duodecim. Et abiit
et locutus est cũ principib;
sacerdotũ et magistratib:
quemodũ illũ traderet eis.
Et gauisi sunt: et pacti sũt
pecuniã illi dare. Et spo
pondit. Et querebat oppor
tunitatẽ: ut traderet illũ
sine turbis. ℣. Exiit autẽ di
es azimoꝝ in qua necesse
erat occidi pascha: et mi
sit petrũ et iohannem di
cens. Euntes parate nobis
pascha: ut manducemus.
At illi dixerũt. Vbi vis pa
remus. Et dixit ad eos.
Ecce introeuntibus vobis
in ciuitatẽ occurret vobis
homo amphoram aque
portans. Sequimini eum i
domum in qua intrat: et
dicetis patrifamilias do
mus. Dicit tibi magr. Vbi
est diuersorium ubi pascha cũ
discipulis meis manducem.
Et ipse vobis ostendet cenacu
lum magnum stratum: et ibi
parate. Euntes autẽ inue
nerũt sicut dixit illis: et pa
rauerũt pascha. Et cũ fieret
hora discubuit: et duo
decim apli cum eo. Et ait
illis. Desiderio desideraui
hoc pascha manducare
vobiscũ antq; patiar. Di
co autẽ vobis: q; non hoc
non manducabo illud do
nec impleatur in regno dei.
Et accepto calice: gratias
egit et dixit. Accipite: et
diuidite inter vos. Dico

enum nobis: q̄ nō bibā
de generatione uitis. do
nec regnū dei ueniat. Et
accepto pane grās egit et
fregit: et dedit eis dicens.
Hoc est corpus meū: qđ
p uobis datur. Hoc facite
in meā cōmemorationē.
Similiter et calicē: postq̄
cenauit dicens. Hic est ca
lix nouū testamentū in
sanguine meo: qui p uob
fundetur. Verūptamē ec
ce manus tradentis me:
mecū est in mensa. Et q̄
dem filius hoīs sm qđ
diffinitū est uadit. Verūp
tamen ue hoī illi: p quē
tradetur. Et ipi ceperunt
q̄rere inter se: quis esset
ex eis qui hoc facturus est.
Facta est aūt et contentio
inter eos: q̄s eor uideret
maior. Dixit aūt eis. Re
ges gentiū dñantur eor:
et qui potēs hīt super
eos benefica uocantur.
Vos aūt non sic. Sed q̄
maior est in uobis: fiat
sicut minor. Et qui pre
cessor est: sicut ministrator.
Nam quis maior est. q̄

recumbit. an qui mi
nistrat: Nonne qui recum
bit: Ego aūt in medio
uestrū sum: sicut qui mi
nistrat. Vos aūt estis: q̄
permansistis mecū in ten
tationibus meis. Et ego
dispono uobis sicut dispo
suit michi pr̄ meus regn
ut edatis et bibatis supra
mensā meā in regno meo
et sedeatis sup thronos du
decim iudicantes duodecim tribus
Israēl. Dixit aūt dñs Symoni.
Symon Symon ecce sathanas expetiuit
uos. ut cribraret sicut tri
ticum. Ego aūt rogaui
pro te: ut nō deficiat fides
tua. Et tu aliquando con
uersus: confirma frēs tuos.
Qui dixit ei. Dñe: tecū
paratus sū et in carcerem et
in mortem ire. Et ille dix
it. Dico tibi petre nō can
tabit hodie gallus donec
ter me abnegēs nosse me.
Et dixit eis. Quando mi
si uos sine sacculo et pera
et calciamentis: numquid
aliqđ defuit uobis. At illi
dixerūt. Nichil. Dixit er
go eis. Sed nūc qui hīt sac

aulū: tollat sūr et pīā. Et
qui nō hīt: uendat tunicā
suā et emat gladiū. Dico
enī uobis: quīn adhuc hoc
qđ scriptū est oportet ipleri
in me. et qđ cū iniquis de
putatus est. Etenī que sūt
de me: finē hnt. At illi dix
erūt. Dñe: ecce gladij duo
hic. At ille dixit eis. Satis
est. Et egressus. ibat secdm
consuetudinē in montē
oliuaꝝ. Secuti aūt illū
et discipuli. Et cū peruenisset
ad locū: dixit illis. Orate:
ne intretis in tēptationē.
Et ipe auulsus est ab eis:
quātū iactus est lapidis.
Et positis genibꝰ: orabat di
cens. Pater si uis: trāsfer ca
licem istū a me. Verūptā
men nō mea uoluntas:
sed tua fiat. Apparuit aūt
illi angelus de celo: confor
tans eum. Et factus in agō
nia: plurius orabat. Et fac
tus est sudor eius: sicut gut
te sanguis decurrentis in
terrā. Et cū surrexisset ab
oratione. et uenisset ad
discipulos suos: inuenit
eos dormientes pre tristia

a. Et ait illis. Qđ dormi
tis? Surgite: orate ne intretis
in temptationem. Adhuc
eo loquente: ecce turba et
qui uocabatur iudas unꝰ
de duodecim antecedebat eos.
Et appropinquauit ihū:
ut oscularetur eum. Ihs
